

Vollziehung der von Empfängerhand hergestellten Urkunde zur Zeit der Hochzeitsfeier Heinrichs in Prag erst damals erfolgt sein.

:Heinricus: dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis tam presentibus quam futuris salutem. Cum un|versa negotia digne in memoria hominum mansura et voce testium et scripture robore soleant confirmari, ad univer|sorum noticiam cupimus 5 pervenire, quod claustro in Bvch ob divinam retributionem villam quandam Criszowe no|mine, cum omnibus attinentiis suis tradidimus iure pleno in perpetuum possidendam. Denique cum eandem Heinricus et Fridericus fratres a nobis in beneficio tenuerint, ambo ei bono animo renuntiaverunt, nosque ipsam villam pro statu vite nostre ac terre nostre mediante domno Bernhardo abbate devote predictę ecclesię in Bvch contradidimus. Et 10 ne ausu temerario deo acceptabilia et sanctissime matri eius ab aliquo infringantur, sigilli nostri munimine presentem paginam dignum duximus roborandam. Testes autem horum sunt: Albertus burgravius de Dewin. Albero prefectus iunior de Liznik. Vlricus de Pak. Heinricus de Chorun. Sifridus de Mvgelin. Cunradus camerarius de Gnannenstein. Wignandus de Herstein. Petrus de Strele. Guntherus de Hv̇gewiz. Wernerus 15 de Erthmarisdorph et alii quam plures. Datum Pragis anno gratię m. c. c. xxxiii., vii. kal. mai, indictione vii.; feliciter amen.

(SFR.)

498.

Papst Gregor IX. verbietet dem Erzbischof von Mainz die Erhebung des Zwanzigsten der Ein- 20 künfte, welchen er für sich von den Kirchen verlangte, deren Patronat den Brüdern Heinrich und Konrad, Landgrafen von Thüringen, und deren Untergebenen zusteht. Rieti, 1234 Juni 22.

Hdschr.: Reg. 17 fol. 188 No. 119. Vatikan. Archiv.

Gedr.: Mon. Germ. Epp. Pont. 1,475. Böhmer-Ficker 7023.

. . archiepiscopo Maguntino. Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod 25 tu universis ecclesiis, in quibus tam dilecti filii nobiles viri Henricus et Conradus fratres langravii Turingie quam homines sui ius obtinent patronatus, exactiones indebitas et haecenus insuetas imposuisti de novo, videlicet ut proventuum suorum vicesimam tibi persolvant, in ipsorum nobilium odium et contemptum et predictarum ecclesiarum non modicum preiudicium et gravamen. Super quo ipsis eligentibus potius ob ecclesie Romane 30 reverentiam ad nos habere recursum quam iniuriam huius modi aliter propulsare, nobis devote ac humiliter exstitit supplicatum, ut cum iuxta Lateranense concilium ab ecclesiarum prelatibus pro necessitatibus suis, si tamen causa manifesta et rationabilis id exposcat, cum caritate petendum sit subditorum auxilium moderatum, providere super hoc paterna sollicitudine dignemur. Quocirca fraternitatem tuam monemus, per apostolica tibi scripta 35 mandantes, quatinus vigesimam exactam restituens, ab eius exactione desistas, iuramento, si quod a prelatibus vel clericis ecclesiarum ipsarum de ipsa solvenda est prestitum, nec non excommunicationis et interdicti sententiis, quas occasione huius modi vicesime in aliquas